

Vol. II, a. 1265-81

p. 241-242 (Liber donationum Caroli primi)

16. - Die X ianuarii XII ind. (1269) apud Fogiam. Symoni de Argat militi et suis heredibus etc. conceduntur infrascripta castra et bona, que fuerunt Frederici de Aquino et Philippi de Avenabili de Aversa, manifestorum proditorum Regis, ad manus Curie devoluta, valoris unciarum LXXX, vid.: Alanum pro unciis XX; Pes montis pro unc. XXXX; que fuerunt Frederici de Aquino. Inter cetera bona que fuerunt Philippi (de Avenabili): Domus una cum camera et jardinello iuxta domum Andree de Avenabile, filii sui, (que) valet per annum tar. VI; item in pertinentiis ville Mayrani petia terre una ubi dicitur ad Forestam, iuxta viam publicam et terram iudicis Nicolai Medici, (que) valet per annum tar. III; item petia terre una arbustata ... iuxta terram eccl. S. Padi, et continet modios terre XVIII, ratione unciarum ...; item redditus pecunie, qui debetur a tribus personis in festo S. Marie de mense augusti, qui sunt in summa tar. VIII et gr. II; item in villa Crispani domus una cum curti et fundus unus iuxta fundum Petri de Ligorio, (qui) valent tar. VII; item in eodem loco fundus unus cum quadam domo iuxta fundum Ligorii de Basta, de qua debetur annuus redditus in festo S. Marie de mense augusti et festo Nativitatis Domini capones II, valet tar. ...; item in pertinentiis eiusdem ville petia terre una [ubi dicitur] ad Grassum, iuxta terram Iohannis ..., et continet modios terre III et arbustata, valet tar. XVI; item in pertinentiis eiusdem ville petia terre una arbustata ubi dicitur ad Piscinam, iuxta terram Iohannis Danielis, et continet modios terre III, valet tar. XVI; item in pertinentiis eiusdem ville petia terre una arbustata, ubi dicitur ad Arcum, iuxta viam publicam, et continet modios terre III, valet tar. XVI; item in pertinentiis eiusdem ville petia terre una ubi dicitur ad Magnellum, arbustata, iuxta terram Deodati de ..., et continet modios terre III, valet tar. XVI; item redditus ipsius ville, qui debetur Curie ab hominibus ipsius ville per pred. tres terminos, qui sunt in summa uncie III, tar. XXIII et gr. ...; item redditus ... victualium, qui debentur ab hominibus eiusdem ville in estate qualibet annuatim Curie ..., valet in anno tar. XX; item redditus caponum, qui debetur Curie ab hominibus eiusdem ville in festo S. Stephani annuatim, sunt ad summam capones XVII, valent tar. VIII, et galline VI, valent tar. II. - Summa uncie auri ... et tar. XX. Ita quod etc. (Reg. 7, f. 15) (Registraz. G. Della Marra)

Fonti: Ms. in Arch. (trascriz.); Bolvito, ms. cit., f. 11 (trans.); De Lellis, Notam., VI, f. 132 (trans.); Ms. Soc. stor. Nap. XX A. 16, f. 175 (not.); Sicola, Repert. II; Repert. fam. d'Aquino, f. 84; Durrieu, O. c., p. 227. Concessionario fu Simon d'Argaz.